



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XLIV. Licitu[m] esse Monachis viuere ex rebus spontè oblatis & donatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

BERNARDVS epist. 1. ad Robertum : *Ostenditur, quod terra quæ cum illo, & pro illo dicitur, data fuisse.*

Denique hinc natæ sunt illæ leges Iustiniani, in ambrosio collat. 1. const. 5. §. illud quoque, & collat. 9. const. 1. qua mulier. In quibus statuitur, bona eorum, qui Monasteria fiunt, eo ipso ad monasteria, quæ illi ingrediuntur, pertinere. quanquam hoc tempore multæ religiones huic privilegio renunciarunt.

## CAPVT XLIV.

*Licitum esse Monachis viuere ex rebus sponte oblatiis & donatis.*

**D**E TERTIO modo nulla quæstio esse debet, ut B. AVGVSTINVS in Psal. 103. conc. 3. explicat illud: *Cedri Libani, quas plantauit, illic passeret discabunt.* dicit cedros esse homines potentes diuites, passeret autem esse religiosos pauperes. nificaturò passeret in cedris, significare, quod religiosorum monasteria à diuitibus huius seculi eriguntur, & sustentantur. *Cedri Libani, inquit, nobiles & diuites, excelsi huius seculi, quando cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenam pauperem, attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & præbent illas seruandam dant hortos, ædificant Ecclesias, monasteria, colligunt passeret. Ut in cedris Libani nificent.* HIERONYMVS in epistola ad Eustochium de obitu Paulæ, laudat sanctâ Paulam, quæ ex rebus suis quatuor monasteria ædificasset, & sustentasset vnum Monachorum, & tria sacrarum virginum. GREGORIUS XIVS Papa, vt lib. 1. cap. 5. & 6. vitæ eius scribit Ioannes Dicoconus, ex patrimonio suo septem monasteria erexit, & singulis prædia, & possessiones attribuit, sex in Sicilia, vnum in Campania. Similia exempla Caroli Magni, Caroli IV. Henrici & aliorum optimorum Principum, plurima adferri possent.

